



porteret , attamen propter tempus finimus : de cætero autem non propter hoc fieri , neque ad damnum sanctissimarum ecclesiarum venire facimus . Quæcunque igitur oportebat de tali modo in sanctissima maiore ecclesia hujus nostræ regiæ civitatis , & sub ea constitutis sanctissimis ecclesiis , & aliis quæ hic sunt , fieri , hac speciali lege completi sumus . In omnibus autem quæ foris sunt locis , sancimus , si quis cum constituerit ab initio & ædificaverit ecclesiam , definit ordinatum mensuram , tanquam secundum eam expensas constituens : non prius ordinari quemquam in eadem ecclesia , nisi ad numerum a principio definitum ejus mensura redigatur <sup>1</sup> . Si vero hoc non fecerit , ipsa vero civitatis ecclesia ministrat emolumenta & sibi & aliis ecclesiis : tunc non promptum sit augere illic clericos , neque <sup>2</sup> propter alias forte compassiones aut beneficia ex hoc eam sumptibus <sup>3</sup> prægravare (non sunt enim hæc pia neque sacerdotibus digna) sed ex quibus Dominus elederit Deus , ex iis quæ possibilia sunt administrare , aut antiquam <sup>4</sup> conservare consuetudinem , nihil penitus innovantem . Unde competit Deo amabiles patriarchas & metropolitas hujus habere providentiam : & eos quidem , qui hactenus sunt , finere in schemate in quo sunt clericos : metiri vero uniuscujusque ecclesiæ virtutem : & ita ipsos quoque sanctissimos patriarchas sub se constitutas ecclesias ordinare , & metropolitas hoc ipsum a sanctissimis patriarchis commonitos facere , illos autem alios omnes sub se positos episcopos ad mensuram hanc deducere : & studere non <sup>5</sup> ultra expensas facere clericorum ordinationes , scimus enim quantæ sanctissimæ ecclesiæ propter hanc ordinationem , & alterius expensæ effusionem , inopes factæ sunt . Et quia alias earum , vix quidem , tamen liberavimus : quædam vero adhuc oneratae jacent , ex ali relevati angustia non valentes : ideo hoc provideant sanctissimi patriarchæ , & metropolitæ & reliqui Deo amabiles episcopi , ut & nos , quæ ab eis aguntur discentes , approbemus eos qui nostram legem in iteris positam , apud semetipos ostenderunt operibus adimpleri . Episcopi atque clerici , ubique Dei culturam & sacram disciplinam custodi- dientes inviolatam , poena imminente hæc prævaricant , quo penitus alienus sit a Deo , & imposito sibi sacerdotii ordine : nam velut indignus hoc excluditur . Licentiam vero universis <sup>6</sup> damus , cujuscunque sint offici vel conversationis , respicientibus aliquid horum prævaricari , nuntiare nobis , & ad imperium quod semper est : ut nos , qui hæc secundum sacrarum regularum explanationem apostolicamque traditionem constituimus , decentem etiam indignationem prævaricantibus inferamus , etiam his videlicet quæ sancta a nobis sunt , de hereditatibus Deo amabilium episcoporum custodiendis . § . 1 . Sanctissimi siquidem patriarcha uniuscujusque diœcesis hæc proponant in ecclesiis sub se constitutis , & manifesta faciant Deo amabilibus metropolitis , quæ a nobis constituta sunt . Illi quoque rursus etiam proponant ipsi ea in metropolitana sanctissima ecclesia , & constitutis sub se episcopis <sup>7</sup> hæc manifesta faciant : illorum vero singuli in propria ecclesia hæc proponant : ut nullus nostræ reipublicæ ignoret , quæ a nobis ad honorem & ad augmentum Magni Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi disposita sunt . Insuper sequens hæc tua sanctitas omnibus qui sub ea sunt metropolitis sanctissimis hæc faciat manifesta universo tempore contrahenda . § . 2 . Scripta exemplaria <sup>8</sup> sanctissimo Archiepiscopo Alexandria , Ephremio sanctissimo Archiepiscopo Theopolitano <sup>9</sup> : scripta exemplaria Petro sanctissimo episcopo Hierosolymorum : scripta exemplaria Joanni viro gloriissimo praefecto sacrorum prætoriorum secundo exconsuli , & patricio : [Dominico gloriissimo praefecto prætoriorum Illyrici . ] Cui etiam hoc adjictem est :

*Et tua quoque celitudo hæc sciens , una cum semper suscepituris sedem tuam , hæc servare festinet , & si denunciatum fuerit aliquod tale editium , prohibeat , & maxime quæcumque in ordinationibus curialium vel officialium interdicta sunt . Nuntiet autem etiam nobis , ut decens super eis imponatur correccio . Utatur quoque preceptis ad clarissimos transversos in lineam &c . s . f . s . f . s . f .*

## E P I L O G U S.

<sup>†</sup> Quæ igitur a nobis sancta sunt, & sacrum ordinem statumque custodiunt secundum sacrarum regularum observationem & virtutem, de ætero conservent perpetuo integra & sanctissimi patriarchæ uniuscujusque diœcesis, & Deo amabiles Metropolitæ, & reliqui reverendissimi

1. Add Nov. 3. 2 Altera unum detegere non debemus, ut alterum vestiamus.  
Add cap. cum causam de ext. præbendis, l. ult. §. 1. versic. exceptis. ubi Bartol C. qui potiores.  
Add l. 38. ff. de res vind. 4 Impegni non sunt improbables, quia sunt ex con-  
uetudine. 5 Vide d. Nov. 3. Ex hoc loco videtur constare, quod Justiniani tempore  
ungulis clericis non fuisse adsignata stata latifundia, vel certos annuos redditus, sed suas

## COLLATI O SECUNDA.

T I T.

DE NON ALIENANDIS<sup>1</sup>, AUT PERMUTANDIS  
REBUS<sup>2</sup> ECCLESIASTICIS IMMOBILIBUS, AUT  
IN SPECIALEM HYPOTHECAM DANDIS CREDI-  
TORIBUS, SED SUFFICERE GENERA-  
LES HYPOTHECAS.

NOVELLA CONSULT VII

*Imperator Justinianus August. Epiphanio sanctiss. & beatiss. Archiepiscopo felicis cuius civitatis, & cœmenico Patriarchæ, [Et Patriarchæ Constantinopolitano].*

P R A E F A T I

**U**NAM intentionem hanc semper proponimus, omne quicquid prius imperfectum, aut confusum<sup>3</sup> videbatur, hoc & expurgare, & perfectum ex imperfecto declarare: quod etiam in omni legislatione facientes, credimus oportere, & in alienationibus quæ sunt super sacris rebus, una complecti lege, quæ priores omnes & renovet<sup>4</sup> & emendet: & quod deest, adjiciat: & quod superfluum est, abscondat. A Leone sicutidem bonæ memoriarum (qui post Constantinum pia memoria, Christianam fidei inter imperatores principatum auxit, & constituit sacrarum ecclesiarum honorem & disciplinam) scripta lex<sup>5</sup> est de alienationibus ecclesiasticis, conclusa in sola hujus felicissimæ civitatis sanctissima majore Ecclesia. Et laudamus plurima hujus legis, cum omni vehementia & Dei cultura posita: sed eo quod non generaliter posita sit in omnibus, egere etiam eam quadam correctione credimus. Ab Anastaſio quoque pia memorie scripta quædam de talibus lex<sup>6</sup> est, nec similis priori, & omnino minus habens. Eius namque & per loca foris posita, nihilominus manit imperfecta, eo quod ad solum sacerdotium & dioecesim respiciat constitutum sub beatissimo patriarcha hujus regia & felicissimæ civitatis: alias autem non perscrutata sedes: cum utique dignam correctione esse eam arbitrabatur: propter quam occasionem alia quidem corrigebat, alia vero incompvisa relinquebat. Quamobrem eam quoque vacare de cetero sancimus, utpote imperfectam, & loco circumclusam, & non generaliter inter leges existentem, neque aliquid studiosum<sup>7</sup> introducentem. + Hac ergo nos omnia emendantem, unam existimamus oportere

Hac ergo nos omnia emendantes, unam exitimamus oportere  
legisrationem imponere omnibus sanctissimorum ecclesiarum, & xeno-  
dichiorum<sup>8</sup>, & nosocomiorum<sup>9</sup>, & monasteriorum, & brephotrophio-  
rum<sup>10</sup>, & gerontocomiorum<sup>11</sup>, & totius sacrati collegii rebus, &  
hanc legem Leonis pia memorizæ constitutioni adjicere: prius breviter  
eius legisrationem exponentes: siveque omne quod reliquum est intexen-  
tes. Vult<sup>12</sup> enim illa neque Deo amabilis archiepiscopum & patriar-  
cham huius felicissima civitatis, seu fons & origo maiorum ecclesiæ, posse

I. Vid. Julian. *Patricium confit.* 7. De forma observanda in alienandis rebus ecclesiasticis, vid. *proemium confit. glori. 5. num. 5. & seq. Goth.* Add. *Novell. 120.* & de predictis variis generibus, *lib. 4. obj. 7. Anf.* Add. *eundem Cujacium tom. 3. comment. in art. 13. 111. decret. ubi hunc titulum explicat. S. L.* 2 *Fructuolis præstentur: utr. 13. 111. enim prædiorum alienatio prohibita Nov. 2. c. 11. auterion nomine, intelligendi prædia quæ sua sponte fructus ferunt, ut sunt prata, faicta, & his similia: & breviter, natura eucœroda.* 3 *Munus optimum legislatorum.* 4 *Novellarum enim constitutionum hic effectus est.* 5 *Légende Leonis de alienationibus ac Ecclesia Constantino-politana majore factis observa. l. 14. Cod. de sacr. eccl. 6. l. 17. C. de sacr. eccl. 7. Urile. 8. Xenodochium locum est in anno pere-*

jus [colonarium<sup>1</sup>] jus est, veluti si dominum valentem centum solidos & praestantem pensionem decem solidorum, accipiat quis ab ecclesia & det pro ea solidos centum, seu amplius, aut certe minus: & quasi jam de proprio adgravet<sup>2</sup> se dare singulis annis quasi pensionis nomine solidos tres. Iste autem appellatur parvus<sup>3</sup>, sed ipsam dominum sub tam parva pensione in perpetuum, & ipse & heredes eius possidebant] adiunvenientes, neque nostris legibus neque alii cuiquam omnium notum, circumventionem non parvam meditati sunt contra legem, perpetuas pene cogitantes alienationes: quod nos de cætero agi prohibemus, & pro eo ipso conscripsimus legem. Dudum autem, & ad emphyteulim respexerunt, & imminebant plurimam quantitatem veri redditus illis qui emphyteulim accipiunt, praestantes hi qui rebus pridem sanctissimæ majoris ecclesiæ præsidebant. Ideoque nos in quadam constitutione nostrarum definivimus quidem usque ad personas tres<sup>4</sup> emphyteulim fieri, accipientes, & duorum successorum aliorum, hoc etiam super rebus sanctissimæ majoris ecclesiæ fieri permittimus, non autem ultra sextam partem relevari emphyteulim percipientibus propter fortuitos casus fancientes.

† Quia vero didicimus sic effuse & impie ab aliquibus fieri documenta, ut neque sexta relinquatur sanctissimæ ecclesiæ pars, reliquis omnibus emphyteusim accipientibus donatis: Anastasius autem pia memoria gesta monumentorum constitutus fieri super alienationibus, sicut etiam hujus rei faret tempus, & emphyteusim statuens sine gestis quidem usque ad solam vitam accipientis emphyteusim: cum gestis autem, in perpetuum eam extendens, neque perfectam fecit, neque utilem legem, & undique imperfectam, usque ad solam dioecesim patriarchicæ sedis hujus felicissimæ civitatis (sicut prædiximus) legislationem statuens.

## C A P. I.

*De rebus ad venerabilia loca pertinentibus non alienandis.*

Nos igitur (jam enim ad legem veniendum est) sancimus neque sanctissimam hujus felicissimæ civitatis majorem ecclesiam , neque sub ea constitutas ecclesiæ, quarum ipsa prærogationem suscepit (sicut etiam Anafatius piæ memoriae interpretatus est) neque alias omnes ecclesiæ in hac felicissima existentes civitate , aut circa ejus confinia , neque sub patriarchica sede hujus felicissimæ civitatis constitutas, quarum metropolitas ipse ordinat , neque alium ullum undique patriarcham : neque episcopum (dicimus autem & eos qui in Oriente , & qui in Illyrico, insuper & in Ægypto , & in Lycaonia , atque in Lycia , & eos qui in Aphricana provincia sunt , & complexive dicendo per omnes quæcumque nostræ sunt terraæ , necnon in Occidente sunt Deo amabiles episcopos ab ipsa seniori <sup>6</sup> Roma usque ad Oceanum confertum finem.

Quomodo emphyteusis ecclesiasticarum rerum contrahit permittitur.

Emphyteusim autem sive in sanctissima majore ecclesia , sive in omnibus reliquis adorandis domibus fieri sinimus , & in accipientis persona , & in duobus <sup>21</sup> ejusdem personæ heredibus deinceps , filii tantum foliis masculis , aut foeminis , aut nepotibus utriusque naturæ , aut uxore , aut viro , si hoc <sup>22</sup> videlicet de uxore aut viro expressim nominetur , aliqui non transire ad aliquem alterum <sup>23</sup> heredem : sed usque ad solam <sup>24</sup> vitam percipientium standum , nisi filios aut nepotes habuerint . Alter autem penitus emphyteulum agi ecclesiastica cujusdam aut ptochis rei immobilis , aut mancipiis ructici , & civilis annonæ , nullo permittimus modo : neque quod fit , habere aliquod penitus robur sinimus .

pos ad ipsa ieiuniū <sup>6</sup> Romā usque ad Oceanum confluentium sanctissimorum orthodoxarum ecclesiarum) neque aliquem xenodochum, aut proctotrophum, aut nosocomum, aut orphanotrophum, aut brephotrophum, aut gerontocomum, aut monasterii virorum, vel mulierum abbatem vel abbatissam: aut quemlibet omnino praesidentem venerabilibus collegiis, licentiam habere alienare <sup>7</sup> rem immobilem, aut in domibus, aut in agris, aut in hortis, aut omnino in hujusmodi, neque rusticum mancipium, neque civilem annonam: nec per specialis pignoris occasionem tradere creditoribus. Alienationis autem nomen generalius ideo posuimus, ut prohibeamus & venditionem <sup>8</sup>, & donationem, & commutationem, & in perpetuum <sup>9</sup> extensam emphyteusim, quæ non procul ab alienatione consistit. Sed omnes ubique sacerdotes ab hujusmodi alienatione prohibemus, subditos poenit quibus Leonis piæ memorie usq; est constitutio <sup>10</sup>. Illam namque per omnia valere, & ratam esse fancimus: propterea hanc proposuimus, & protulimus, & non paterna <sup>11</sup> voce legem conscripsimus, sed hac communī & Græca, ut omnibus sit nota, propter facilem interpretationem. Quod itaque jam praterit <sup>12</sup>, relinquimus: nam <sup>13</sup> tanta documenta tempore longo facta nunc commovere, multæ erit tergiversationis. Quapropter quæ usque hoc hactenus extant, proprium habeant schema: de cætero autem omnem alienationem interdicimus, prædictas ei penas imponentes.

## C A P. II.

*De principe qui rem immobilem venerabili loco dederit.*

**T**autem lex ad humanae naturae varietatem, & quod semper venit, moderata, per omnia immota permaneat (quid enim erit stabile inter homines, & ita immobile, ut nullam patiatur mutationem: cum omnis noster status sub perpetuo motu consitiat?) necessarium exitimavimus quadam exceptions dare legi cum multis vigilis, & subtilitate adinventas: ut eas habens in auxilio, lex nequam moveatur.

§. 1. Sinimus<sup>15</sup> igitur imperio, si qua commoditas est, & ad utilitatem reipublicæ respiciens, & possessionem exigens talis alicujus immobilis rei, quam proponimus: hoc ei à sanctissimis ecclesiis, & princiatis facere, & obligatum esse ad hoc ipsum & heredes<sup>16</sup> ejus & successores, ejusque res, insuper & debitos omnes redditus sine dilatione exigi. Quod autem dictum est a nobis ut nullius immobilis rei ecclesiastice aut ptochicæ alienatio sit permitta: sed nullam nostræ

<sup>1</sup> Colonarium jus seu ~~praeceptum~~, quid sit observa, de quo dixi ad l. 24. 6. 1. C. de Co-

2 Libellarius contractus fit certo pretio numerato, & eo amplius certa pensione in annos singulos, propter rem immobilem ab alio acceptam, ut hic. Aliis Libellaria est quoties Emphyteut vel vafallos rem emphyticum vel feudale alteri in emphyticum vel feuum concedit, arg. 2. F. 9. §. dare. §. 1. tit. de prohibita feudi alienat. per Fridericu. §. 1. s. filiblorum. tit. quibus modis feudum amitti. Jas. Auth. ingressi. C. de fact. eccl. & hoc olim licuisse, quoties aequali perforce & libe eadem lege fuit conditione dabantur. §. 2. similiter tit. de lege Corradi 2.F.34. Hodie licere non videtur, quod omne alienationis genus vafallos sit interdictum. Contrarium tamen tenet Alvarotus in c. Imperiale. §. illud quoque. tit. de prohibita feudi alienat. per Fridericu. Hoc autem contractu, precar & emphyticum, ut notat Everardus Topicis in loco a feudo ad Emphyticum 29. u. 55. §. 7. de libellaria & emphyticis differentiis dixi ad l. 24. §. 1. C. de sacrof. eccl. & in rubrica Cod. de jure emphyticum. 3 Vid. Alciat. 1. pratermissorum. 4 Add. l. 24. in fin. C. de sacr. eccl. 5 Hæc Novella eo amplior est lege Anastasi. l. 14. C. queaque olim Byzantium, postea Constantinopolis dicta. 6 Senior Roma, qui in Italia est: Nova, qua in Thracia est: mobiles & quali immobiles alienari non possunt. 7 Res ecclesiastica im- donatio, perpetua emphyticis intelligitur. l. ult. C. de reb. alien. 8 Alienationis verbo, vendicio, donatione, perpetua emphyticis aliquantipotenti diminutio in tedita, poterit praedium sexta minus parte dari in emphyticum: si enormous diminutio redditus, locabitur. 9 Res Ecclesiastica in perpetua emphyticum dari non possunt. ut hic. 10 l. 14. C. de sacrof. eccl. 11 Id est. Romana. vid. Nov. 69. 12 Vid. l. 7. C. de legib. 13 Cur leges ad prateritum tempus non extendantur. 14 Inter homines nihil stabile nullum immutabile. 15 Hinc sumpta est Aut. Sed & permute, C. de sacrof. eccl. addit. Novell. 120. c. 1. 16 Minore inquam, ne Ecclesia in damno veretur. 17 Constantini, n vulgo vocant, donationem validam esse, hinc colligunt: nulloque praetextu ales potest restituiri aduersus hujusmodi permutationem, ut hic. 18 Non deteriorem. Aliquoquin ecclesiis ab ejus successoribus possit revocari. 19 Non multum differunt ab invicem sacerdotium & imperium: ut res iacta a publicis. 20 Quid in non perpetua? d. cap. & C. 3. J. b. r. 21 Emphyteutis non est perpetua, quæ sed duos tantum heredes luosque accipientis descendit. Nov. 120. c. 1. 22 Neque vir in emphyticum ecclesiasticam uxori datum succedit, neque uxori in mariti, nisi hoc expresse convenire. 23 Emphyteutis ecclesiastica ad heredes extraneos non de- 34 Art. Απόλυτοι. Scrim. 3. Ecl. 1. ex lib. 20. tit. 2. c. 5. occupare. 35 Id est, ut cadant, ut minuantur. 36 Απόλυτοι. morator bienni, meliorationes non recuperat. Iuem est in caula privata- torum ob moram trienni. d. l. 2. 37 Emphyteuticarii, morator bienni, meliorationes non recuperat. Iuem est in caula privata- torum ob moram trienni. d. l. 2. 38 Emphyteuticarii res deterioratas cogitent restituere. 39 Actione emphyticos heredes tenentur.